# Urbanus PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam. Cum sicut accepimus, licentiae legendi libros Haereticorum, vel de Haeresi suspectos, aut alias reprobatos et damnatos, certis ex causis aut praetextibus, impetratae in Regnis Hispaniarum nimis excreverint, et periculum sit, ne id circo lectionis huiusmodi librorum permissio in partibus, praesertim Divina gratia a diro contagio haeresum illaesis, plus insipientibus noceat, quam prosit sapientibus. Nos propterea, quibus super gregem Dominicum invigilandi onus incumbit, opportuno remedio, quantum cum Domino possumus providere, ac felicis recordationis praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis insistendo, omnes et singulas licentias, et facultates legendi libros Haereticorum, seu de haeresi suspectos a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, seu a Nobis, vel generali haereticae pravitatis in Regnis Hispaniarum deputato Inquisitore, damnatos et reprobatos, quibuscumque tam Clericis saecularibus, vel cuiusvis ordinis regularibus, quam laicis in dictis Regnis degentibus cuiuscumque illi status, gradus, ordinis, conditionis, et praeeminentiae existant, etiam si Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia Ecclesiastica dignitate, vel mundana etiam Marchionali, Ducali auctoritate, sive excellentia praefulgeant, Generali Inquisitore praedicto dumtaxat excepto, per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos etiam [illegible] culo et sedem praedictam, seu a Nobis, vel praedecessoribus [illegible] facultatem, et auctoritatem habentes, sive [illegible] maiorem, vel quosvis Ordinarios, seu Vicarios seu [illegible] per literas Apostolicas [illegible] forma Brevis vel [illegible] ditas, sub quibuscumque tenoribus et formis, aut cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis [illegible] irritantibus, et aliis decretis, et [illegible] quibuscumque causis [illegible] praetextibus, etiam [illegible] [illegible] et alias quomodolibet [illegible] sentibus, pro [illegible] habentes [illegible]

tenore praesentium revocamus, cassamus, irritamus, et annullamus,
ac viribus penitus evacuamus, et praerevocatis cassis, irritis, et nullis ha-
beri, eas quae nemini suffragari posse decernimus: omnibus et singulis
Clericis, et laicis in dictis Regnis degentibus, et ut praedicitur qualificatis,
(non tamen Generali Inquisitore praedicto) in virtute sanctae obedientiae,
et sub excommunicationis latae sententiae, aliis quae sententiis, censuris,
et poenis Ecclesiasticis, et etiam temporalibus in legentes libros huiusmodi
habentes latis, et promulgatis, a quibus nisi, non nisi a Nobis, aut pro temp.
existente Rom. Pont. seu Generali Inquisitore praefato, praeterquam in mor-
tis articulo, absolvi possint, districtius inhibentes ne libros huiusmodi ex
quavis causa, vel praetextu publice, vel occulte quovis ingenio, vel colore
legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere, prae-
sumant, aut mandantes eisdem sub sententiis, censuris, et poenis praedictis,
ut infra terminum eis a Generali Inquisitore praefato, per eius edictum pu-
blicum locis affigendis publicis, statuendum, libros ipsos officio Inqui-
sitionis haereticae pravitatis omnino consignent, et qui de eisdem libris notitiam
aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes,
vel imprimentes, aut venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomi-
na et cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel
imprimentium, aut venales habentium, et qualitatem eorumdem librorum
praefato officio omnino revelent, et notificent. Quo circa dilecto filio nos-
tro Antonio tituli Sanctae Balbinae presbytero Cardinali Zapatae nun-
cupato, in dictis Regnis haereticae pravitatis generali Inquisitori, de cuius
fide, pietate, ac Catholicae Religionis zelo, nec non vigilantia et indus-
tria plurimam in Domino fiduciam habemus, per praesentes etiam committi-
mus, et mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios ad executio-
nem praesentium procedens, non permittat aliquem etiam, ut praedicitur
qualificatum, et dicta dignitate seu honore aut authoritate, vel excellentia
fulgentem, libros huiusmodi ex quavis causa vel praetextu publice, vel
occulte quovis quaesito colore apud se tenere aut legere, vel imprime-
re aut venales habere, qui nemo cogat quoscumque ad libros ipsos suo
Inquisitionis officio consignandos, et qui de eisdem libris notitiam aliquam
habuerint, seu aliquos in praemissis culpabiles noverint, id eos officio prae-
dicto iuxta praesentium tenorem revelandos, et notificandos, contradictores quos-
libet, et rebelles, ac tibi in praemissis non parentes, etiam si ut praedict

qualificati, et huiusmodi Dignitate, seu honore, vel authoritate aut exce-
lentia præditi sint, per sententias, censuras, et penas prædictas, vel alia
opportuna iuris remedia iuxta facultates sibi in officio huiusmodi conces-
sas, appellatione post posita, compescendo, ac legitimis super his servandis
servatis processibus, sententias, censuras, et penas ipsas etiam iteratis vicibus
aggravando, invocato etiam ad hoc, (si opus fuerit) auxilio brachii secu-
laris: non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ce-
terisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter aut
divisim, ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi,
vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes ple-
nam, et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.
Vt autem præsentium litteræ ad omnium, quorum interest notitiam deducan-
tur omnibus et singulis Venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, et Episcopis,
ac aliis ordinariis, et diœcesanis Regnorum Hispaniarum in virtute sanctæ
obedientiæ iniungimus, et mandamus, vt in eorum diœcesibus, Civitatibus, et Pro-
vinciis absque alia requisitione eis desuper facienda, præsentes litteras
seu earum transumpta manu Notarii publici subscripta, et sigillo
alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasti-
cæ munitum, publicent, et publicari faciant, ad hoc vt nemo earum igno-
rantiam prætendere aut contra eas excusationem aliquam afferre valeant. Nos
enim transumpto sicut prædicitur subscripto et sigillo munito eam
prorsus fidem adhiberi volumus, quæ eisdem originalibus litteris adhibe-
retur si originaliter exhiberentur. Datum Romæ apud S. Mariam
Maiorem sub annulo Piscatoris die XVII. Augusti. 1627. Pon-
tificatus nostri. anno. V. V. Theatin.